Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift

37

it. ad id quod mutabilitatem nescit. quoniam ut unius
momenti instar diuturnitati comparatum
quod temporis angustias non excedit. lignorum
Sic est de ligno. Tres sunt Comparatio trium
paradisi. unus terrestris cuius incola fuit
primus adam terrenus. secundus fidelis quod est ecclesia
sanctorum quam fundauit et inhabitat secundus adam
celestis. id est christus. tercius celestis est qui est regnum dei
et uita eterna et terra uiuentium. ut potius ter
ra uiuens in qua habitat deus. In primo pa
radiso lignum uite est arbor materialis. in
secundo lignum uite est humanitas saluato
ris. in tercio lignum uite est sapientia dei uerbum
patris fons uite et origo boni. et hec uere
uita eterna. Nunc ueniamus ad uere comparatio
nem. Certe lignum uite quod erat in paradiso terres
tri tantummodo uitam sine defectu uegetare po
tuit. lignum autem uite fidelis paradisi idem
christus ihesus manducantibus carnem suam. et biben
tibus sanguinem suum uitam eternam repromittit
et tercium idem ipse exprimere uolens quantum
distaret sacramentum a uirtute ait. Corpus ni
chil prodest. spiritus est qui uiuificat. Quasi diceret
Si me corporaliter in sacramento sumitis non